

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm
Eloqventiæ,**

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

Tympe, Matthäus

Coloniæ Agrippinæ, 1650

LXXIII. Parænesis ad zelum indignè conceptum adversus Deum vel
homines.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38994

his etiam præbuisse exemplum, ut studia nostra non ad illiberalem quæstum dirigam^o, sed ad proximorum salutem, & divinæ Majestatis, & gloriæ propagationem.

V. à Constantia inaudita, quam exhibuit, quando nullis tyrannorum minis, nullis verberibus & cruciatibus eò potuit adduci Virguncula, ut à suscepta Religione Christiana latum, ut ajunt, uncomprobata. Virginitas ejus per lacrum cruce reue fuisse

In PERORATIONE vehementer erunt animi Auditorum concitandi, ut sanctissimam, Deoq; gratissimam virginem, studiorum nostrorum parentem, omni studio ad imitandum sibi proponant, nulla que ratione committant, ut se vinci patientur in studiorum palæstra ab virguncula, quin potius ad id omnes suas curas & labores dirigant, ut non solum litterarum scientiam consequantur; sed etiam in fide Catholica ad ultimum vitæ spiritum permaneant, & nullis hæreticorum blanditiis se ab ea abduci patientur.

LXXXIII. PARÆNESIS AD ZELVM,
seu animi æstum, ex indignatione de iis conce-
ptum quæ indignè fiunt vel aduersus Deum, Ioan.2.v.15
vel aduersus homines quos dili- I. Cor.9.v.7.
gimus.

EXORDIUM à causa impulsiva, quod cum hac ultima mundi senecta paucissimi ardeant zelo Dei & animatum, operæ pretium te facturum existimes, si tantæ virtutis dignitatem, necessitatem, & utilitatem Auditoribus proponas.

CONFIRMAT. I. Locus à dignitate virtutis zeli, quæ inde lucet, quod hoc Dei donum ferè à duabus maximis virtutibus, charitate & religione in Deum proficiscatur. Vnde enim verba illa Pauli Rom.9.v.2.
æstum zeli redolentia: Optabam anathema esse à

25 Christo

De Div. no. rminibus c. 5. Christo pro fratribus meis, profecta sunt, nisi ex flagrantiissimo amore & desiderio salutis Judæorum promovendæ? Et ideo paulò ante exclamavit: *Quis nos separabit à charitate Christi?* Et S. Dionysius Areop. ait, nomen zeloris idcirco in S. Litteris tribui Deo, quod ingenti amore res à se conditas prosequatur. Adhæc virtus ista in Scripturis maxima tributa est personis in populo Israël dignissimis, ut sacerdotibus, & summis quibusque Prophetis. Phinees Sacerdos, & nepos Sacerdotis, & filius Sacerdotis zelosus erat; zelum habuit & Elias: zelum habuit, etiam Mattathias, Zel nomine illustres fuerunt Præcursor Domini, Principes Apostolorum Petrus, gentium Doctor Paulus, & Protomartyr S. Stephanus, atque adeo quorquot post Apostolorum tempora doctrina sanctitateque excelluerunt, iidem hac virtute effloruerunt, ut Cyprianus, Hilarius, Basilius, Ambrosius, Chrysostomus, Hieronymus, Augustinus, Gregorius, Bernardus.

Syr. 17. 12. II. à necessitate, quæ inde patet, quod lege Divina non solum superioribus, sed quibusvis etiam hominibus imperatum est, ut corrigant proximorum lapsus (*Levit. 19. 17. Mart. 18. 15. Ephes. 5. 12.*)

Pf. 31. 6. Ioa. 10. 34. III. à multiplici utilitate Nam PRIMÒ nullare magis quam hac virtute, maximè si sit zelus animalium, Deum demereri possumus. Vnde Sanctus Dionysius Areop. Divinorum, ait, omnium divinissimum est cooperari Deo in conversione peccatorum. Dei enim, uti est summa per essentiam bonitas, proprium est suam bonitatem communicare omnibus, omnes salutis capaces ad eandem perducere, cuique pro inopia subvenire. Vnde qui in hac re Deum imitantur, divini, imo divinissimi, atque adeo dii sunt duncupandi. S. Chrysostomus. *Et scias, ait, quantum bonum sit cum salute nostra, & alios lucrari, audi Proph-*

Hom. 3. in Gen. Ier. 15. 19.

*ex fl
orum
avit:
yoni-
Litte-
ondi-
pruni-
el di-
isque
erdo-
abuit
li no-
cinci-
Pau-
adeo
trina
rtute
lius,
Greg.
Di-
s et-
pro-
Ij.
late
ani-
stus
iussi-
Dei
pri-
us,
qui-
De-
leo
an-
udi-
he-*

Prophetam ex persona Dei dicentem: *Qui educit pre-
ciosum à vili, quasi os meum erit. Quid hoc est? Qui
ab errore ad veritatem, ait, manduxerit, vel à peccato
ad virtutem proximum induxerit pro virili humano
me imitatur.*

SECUNDÒ, Angelorum patrocinium hoc officio magis demetemur, cum nos socios ipsis adjungimus in procuranda hominum salute. *Omnès enim, teste Apostolo, sunt administratorii spiritus in Heb. I. 14.* ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt *Vide Chry-
salutis. Hinc sequitur nos Angelico prorsus mu- soft. in epist.
nere fungi, cum aliorum saluti curandæ invigi- ad Hebr.
lamus. *Hom. 5.**

TERTIÒ, Huius virtutis beneficio gentilium facta est conversio in toto orbe terrarum.

QUARTÒ, Ignis huius zeli exurit omnia peccata nostra, eorumque fontem exsiccat: pravas enim cupiditates consumit.

In EPILOGO monendi Auditores, ut tantum studii & laboris in zelo exercendo impendant quantum suggerunt gratiæ divinæ vires, quas ipsis Deus subministrabit; & si fructus conatui non respondeat, atque etiam ludibrio aliorum zelus ipsis excipiatur, non idcirco putent se meriti sui iacturam fecisse, sed memor sint zelum esse actum charitatis quæ omnia suffert. Vnde S. Augustin. c. 3. Joan. *Quis comeditur zelo domus Dei?* *Matth. 10.* *qui omnia quæ ibi videt fortè perversa, satagit emen- Ps. 68. 10.* *dare, cupit corrigere, non quiescit: si emendare non po- Ps. 118. 139.* *test tolerat, gemit. Non excutit de area granum, su-
stinet paleam, viintret in horreum cum palea fuerit
separata.*

LXXIV. PARÆNESIS AD FRE- quens orandi studium.

EXORDIUM à tempore. Cùm consuetudine in-
stitutoque majorum ita comparatum sit, ue-
per